

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sententiae generales de opusculis Hieronymi etc. - Cod.
Aug. perg. 177**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9.-10. Jh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-12948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-12948)



Aug. CLXXVII

INCIPVNT
 SENTENTIÆ
 GENERALES
 DE ORSCVLIS
 HIRONIMI
 IN PRIMUM DE
 EXPOSITIONE

IN S^{CO} MATHEO

Lib. Augie maioris.



GENERAL

GEN

NON QUERAS GLORIAM. ET NON
dolebis cum in gloriosus fueris. Sermo doctrinae numquam deficit. sed quanto amplius a doctore fuerit erogatus.

GEN

tantum amplius duplicatur. & cum subiectam sibi aruam rigel numquam fontis unda siccatur. Cauendum est ne quod in nobis optimum est. cito labatur in uitium. Si ergo anima labitur. quanto plus corpus quod ad peccandum procliuus est.

GEN

Si a recta semita uel paululum declinaueris. non inter est utrum ad dexteram uadas an ad si-

GEN

nistram cum uerum iter amiseris. Huic seruit unusquisque. a quo uincitur. Quomodo corpus si oculis non fuerit totum in tenebris est. Ita si anima principalem fulgorem suum perdidit. uniuersus sensus

GEN

in caligine commoretur. Multi in uenta ueritatis uia. capti seculi uoluptatibus de medio itinere reuertuntur. Ad conuiuium a peccatore rogatus.

GEN

ad hoc ambula ut spiritales in uirtutibus tuo prebeas cibos. Multum distat inter puritatem uirginalis animae nulla uitii contagione pollutae. & sordis eius quae multorum libidini subiacet.

GEN

Non agnoscuntur mala uitioꝝ nisi ex comparatione uirtutum. Homo religiosus cum ad ignotam uenerit ciuitatem. honestum hospitem fama eligit populi & iudicio uicinorum.

GEN

Non religionis dignitas suscipientis infamia delurpatur. Boni aliquid non coepisse. sed profecisse uirtutis est. Quam uis intentiosus xpianorum sit persecutor. Ante praesidium saluatoris adueniet. quam aduersarioꝝ uictoria concedatur.

GEN

Non timeamus persecutoꝝ saeuitiam & blasphemiam

GEN

tium rabiem. quia ueni & dies iudicii in quo & nostra uirtus coro-
nabitur. & eorum saecula puniuntur. Prudens lector semper caue
sup. stitiosam intelligentiam. ut non tuo sensu adtemperes scripturas.
sed scripturis iungas sensum tuum. & intellegas quid sequat^r. Bonū
est quidem amare post dñm parentes & filios. sed si necessitas uenerit ut
amor parentum & filiorum di. amore com. pareatur & non possit utrumq;
seruari. tunc odium in propinquos. pielas in dñm est. Dñs noster quotiens
cumque ardua praecepit. austeritate mandatorū. spe temperat pmissorū.
Etiam si indignus sit qui suscipitur. mercedem non pdit ille qui suscipit.
Non potest regnum & ciuitas contra se diuisa per stare. sed quomodo con-
cordia paruae res crescunt. sic discordia maximae dilabuntur. Peiores
sunt heretici quam gentiles. quia in illis spes fidei est. in istis pugna discor-
diae. Cum de dō loqueris. Ita debes temperare sermonē ut audientes
diuersis reficias cibis. & unus quisq; secundum possibilitatem stomachi sui
congrua alimenta suscipiat. ut iuxta uulnerum uarietates. & medicina di-
uersa sit. Aequum iudicium est. ubi non p. sone sed opere consi. derentur.
Bonarum rerum postulatio est. quando corpus eadem uult habere quae &
sp̄s. Facilius sacculus contemnitur. quā uoluntas. multi diuitias relin-
quentes. uita non relinquunt. Ad summam uirtutum. non potentia
sed humilitate uenitur. Malo arboris nodo. malus clauus aut cuneus in fi-
gendus est. Semper turba mobilis est. nec in pposita uoluntate p. sistit. sed more
fluctuum diuersorumq; uentorū huc illucq; trahit^r. Quando sacerdos ar-

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

SACERDOTALIS.

PENITEN
TIALIS

MONCH.

MON

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

GEN

VIRG

VIRG

gunt peccantes. si illi audire contemnant in super & contra eum sae-
uiant. ille nihilo minus increpat saeuientes. nec timore superetur.
quo minus arguat peccatores. In flalu oculorum & stridore dentium.
per mela foris membrorum corporum magnitudo ostenditur tor-
mentorum. Hypocrita dicitur qui aliud est & aliud simulat. id est aliud
opere agit & aliud uoce per tendit. Quicumque id quod nouit interrogat.
non uoto discendi. ^{sed studio cognoscendi.} An nouerit ille qui respondurus est. in similitudinem
pharisaeorum non quasi discipulus sed quasi temptator accedit. Venena
inuidiae superari possunt. quiescere non possunt. Quotiens hominem
patrem uocamus. honorem a latere deferimus. auctorem nostrae osten-
dimus uitae. Quomodo enim unus pater uocatur & unus filius non pre-
iudicat ceteris. ne per adoptionem dii uocentur & filii. ita & unus pater
& magister non preiudicat aliis. ut abusiue appellentur patres &
magistri. Malum est quod non eo studio seruamus quae quaerimus.
Ideo dicuntur in scripturis sanctis filii gehennae & filii perditionis & filii dia-
boli. quia unus quisque cuius opere agit. eius filius appellatur. Ideo nos
dominus tempus sui celauit aduentus ut penduli speculationis incerto semper
iudicem nostrum credamus esse uenturum. quoniam quando uenturus sit igno-
remus. Illae uirgines sunt sapientes. quae & corpore & mente sunt
uirgines. Illae uero fatuae quae uirginitatem tantum corporis seruan-
tes & cetero opere non habent proposito suo similia. uel parentum custo-
dia reseruatae. nihilominus mente nupserunt. Illae uirgines habent

oleum quae iuxta fidem & operibus: adornant. Ille autem non habent.
 quae euidet simili quidem fide dñm confiteri. sed uirtutum opere negle-
 gunt. Alii festinant ad caelestia & superna desiderant. Alii terrenis
 fecibus inhiantes. fomenta non habent ueritatis. Siquis habet animam
 uirginalem & amator est pudicitiae. non debet mediocrib: esse contentus
 quae cito exolescunt. & exorto caumatae arescunt. sed perfectas uirtutes
 sequatur. ut lumen habeat sempiternum. Non poterunt in die iudicii ali-
 orum uirtutes. aliorum uitia subleuare. In die iudicii non poterunt ho-
 mines iam noua opere comparere. ubi praeteritorum ratione coguntur
 exsoluere. Quid prodest si impie agens dñm uoce inuocas. quem operibus
 negas. Dñs in bonis operibus: fidelium non tantum consideret oblationis
 magnitudinem. quantum fidei uoluntatem. Nihil maius potest presta-
 ri seruo. quam esse cum dño. Crendis culpa est. quando ad pigritiam &
 negligentiam. supbiae crimen accedit. Ex comparatione eorum quina-
 turuli legi seruiunt. condemnantur hi qui scriptam legem neglegunt.
 Post diem iudicii erunt impiorum aeterna supplicia. iustorum autem ui-
 ta perpetua. malum deinceps non habens ruinae. Si te blandis sermo-
 nibus corripientem peccator audire contempserit. promitte te poenas
 ut quem non corrigit uerecundia. corrigant denuntiata supplicia.
 Nemo in huius uitae itinere torpeat. ne locum in patria perdat.

MON

MON

MON

GEN

GEN

GEN

MART

GEN

MON

GEN

SAP

GEN

INCIPIT HUIUSDEM IN ABBATIA NAUM. IONAE. ABBACUC.

Impertus commentator est. qui tam obscura & dubia loquitur. ut

GEN

GEN

quaeum legerit incertior recedat. quam fuerit antequam legeret. Commentatoris officium est. ut quae obscurae sunt breuiter aperiat: et lucidat. et notam dissertitudinem ostendat suam. quam sensum eius quem exponit edisserat.

GEN

Frequenter homines diuoluntate neglecta faciunt ea quae sibi aestimant salutaria. & tamen in eorum perniciem conuertuntur. quia nihil

GEN

aduersante dō securum potest esse uel prosperum. Naturale est unūquemque

GEN

in suo periculo de alio plus sperare. O medice si peritus es. sicut exposuisti

GEN

causam morbi. ita indica sanitatis. Dñe misericors. nostrum est praerberema

MART

nus quid fieri iubeas. tuum est impendere quid fiat. In persecutionibus non li

GEN

cel propria ferire manu. absque eo ubi castitas periclitatur. Manifestum

GEN

est peiorem mortem peccati esse quam uitae. Nox non praecedentis diei est

GEN

sed sequentis. id est principium futuri. non finis praeteriti. Cum de diis gen

MON

tium aliqua inhonesta referuntur. sicut illud quomodo iuppiter sit mutatus in cygno aut in auro fluxerit. aut in auro repperit. ipsa turpitudine

MART

fabulae diuinitatis denegat scitatem. Hic militamus. ut alibi coronemur.

Dñs noster ih̄s xp̄s tolerauit persecutiones quibus genus uexabatur

humanum. & in mare seculi huius sustinuit tempestates. & fregit tur

GEN

bines saeuientes. ut celeri securius nauigarent. Certum est corpora

nostrae cum resurrexerint. mutare gloriam non mutare naturam.

PEN

Dñs naturae misericors est. & paratus ut saluet clementia quos non potest

saluare iustitia. Nos autem uitio nostro paratam misericordiam & ultro

GEN

se offerentem pdimus & relinquimus. Superfluum est flagellato seruo

GEN

h̄c Monredeglaensis saluatorem. quantum in deuotione laeta est. tantum luxur in uoluptate.

post plagas imputare quod fecit. Talis enim correptio non emendatio est.
 sed exprobratio. Saccus & ieiunium arma sunt paenitentiae & remediū
 peccatorum. quia inanis uenter & habitus luctuosus ambrosius dñm de
 precatur. Felices essent res mundi si aut philosophi regnarent. aut
 reges philosopharent. Sapientes mundi ideo scripturas scās despiciunt.
 quia eas non ex maiestate sensuum. sed ex uerborum iudicant uilitate. Cir
 cum data enim uita is. non possunt uidere uirtutes. Hoc docent scriptu
 rae scāe. quod dñs nec bona impleat quae scīs pmittat si illi reuertantur ad
 uitia. nec mala quae peccatorib: comminatur si illi reuersi fuerint ad sa
 lutem. Doctorum officium est uell asis manum porrigere. uel erranti
 bus iter ostendere. Quomodo numerus capillorum acutae forcipi non
 repugnat. ita numerus aduersariorum dñi facili succisione tollitur.
 • Non portemus imaginem uel eris hominis. quia quod uelut est cito senescit.
 & quod senescit perditioni proximum est. Homo iniquus qui per fas &
 nefas perituras sibi diuitias congregauit. si aliquando conuersus euade
 re cupit ad aeterna supplicia. debet ita agere ut multitudinē peccatorum
 possit exaequare uirtutum. Dñs noster cum ignorantes noxia & con
 traria nobis petimus. ita clementer negat. quomodo si aestuans febriliter
 aquam frigidam a medico postulat dicens. miserere mei & da quod peto.
 & ille respondeat. scio quo tempore debeam dare quod postulas. non mi
 serereor modo. quia misericordia ista crudelitas est. & uoluntas tua utili
 tati tuae probatur eē contraria. Instaurum quod peius est praeualente

PEN

GEN

GEN

PENI

SACRO

GEN

GEN

PEN

GEN

GEN

GEN

SACR

GEN

MON

VRO

VRO

VIRG

VRO

cupiditate iustitia vires amittit. ut frequenter in iudicio magis peccatum diuitis quam pauperis ueritas defendatur. sed non debemus super hac rerum in aequalitate turbari. qui a sicut scripturae docent ab initio mundi impius praevaletibus oppressi sunt iusti. Quomodo uinum contra potantem facit. & postquam surrexerit neque pes neque mens suum officium tenet. omnisque laetitia & mentis exhilaratio uertitur in ruinam. sic uir superbus non deo uerbitur nec uoluntatem suam perducit ad finem. Bona cupiditas est doctoris ecclesiastici. qui numquam satiatur multitudinem sectatorum. sed quantum plures habuerit discipulos. tanto magis ad doctrinae studium concitatur. Cum doctrina hereticorum ad perfectum peruenire non potuerit. sed falsas esse promissiones eorum. cum ipse rerum finis ostenderit. tunc probabitur consilium eorum perditionis fuisse consilium non salutis.

ITEM DE EPISTOLA AD GERUCIAM

Multae sunt uirtutum species. quae sectatoribus suis tribuunt regna caelorum. unum quidem iter. sed perueniendi multa compendia.

O fidelis filia dum tam integre & sanctae uirginitatis pudicitiam seruas.

Annam nobis fanuhelis filiam de euangelio relulisti. Frequenter sub patrocinio posteritatis. uiduarum sibi libido blanditur. ut quod propter intemperentiam suam faciunt. uideantur facere desiderio

liberorum. Quanto plures sunt quae in pugnant pudicitiam. tanto

uictoris maiores sunt praemia. Dolestabilis uidua est. quae aliud uer-

bo aliud habitu pollicetur. Huic conuenit uersiculus ille uulga-
 tus. Risit & arguto quiddam promisit a cello. Felices sunt qui
 bur dī spes est. & omne opus oratio. Omni ratione uiduae pro ui-
 dendum est necessitatis ne primos excedat limites. quos si excesser-
 rit & uerocundiam ruperit matrimonialem. in omnem bachiabit
 luxuriam. Non damnamus secundam matrimonia. sed prima lauda-
 mus. Sicut in arca noe non solum munda sed in munda
 fuerunt animalia. habuit enim & homines. habuit & serpentes. ita
 & in domo magna id est xpi ecclesia uasa diuersa sunt. alia in honorem
 alia in contumeliam. Melius illa eliguntur scripturarum testimo-
 nia quib: pudicitia coronatur. quam ille quib: incontinentib: & mise-
 ris subuenitur. Centenarius numerus primus est. qui pro uirgini-
 tatis coronam uirginib: deputatur. Sexagenarius secundus gradus.
 pro continentiae labore uiduarum est. Tricenarius tertio loco nupti-
 arum foedere ipsa digitorum coniunctione testatur. Ac sic uiduae a
 misso primo gradu per tertium perueniunt ad secundum. Ua illi
 qui tunc habuerit terminū luxuriae. quando uitae. Transacta libi-
 do semper sui relinquit paenitentiam numquamq: satiatur & extinc-
 ta re accenditur. usu crescit & deficit. nec ratione parat quae im-
 pelu ductur. Caueat uidua iuuenis ne ulla familiaritate iunga-
 tur adulescentib: & sustineat in media tiron quillitate naufragi-
 um. Fugiat uidua psonas in quib: male conuersationis potest

GEN

UIO

UIO

GEN

UIO

UIRG

UIO

GEN

GEN

UIO

UIO

UIR
 GENE
 MON
 PENT
 PENT
 GENE
 GENE
 GENE
 GENE
 GENE

eē suspicio. Melius est rem familiarem minui. quā animae salutē perire. & id contempni quod uelimus. nolimus aliquando periturum. quam id amittere pro quo omnia dimittenda sunt; Nec peccator desperet salutem. nec iustus de sua uirtute confidat. Pleriq; ardemus auaritia & contra pecunias disputantes auro sinum expandimus. nihilq; nobis satis est. Ita ut merito nobis dicat illa sententia quae de megaren sibus dicta est; aedificant quasi semp uicturi. uiuunt quasi altero die morituri. Ideo non prouidemus in posterum. praesentis uitae uoluptatibus delenta. quia dñi uerbis non credimus. quia ad las optata cunctis. non uicinam mortis que debetur mortalib; legematurae. sed cassa spe annorū nobis spacia pollicemur.

Nemo tam fructus uirib; nec sic decrepitaē senectutis est. ut non se putet unū adhuc annum eē uicturum; & ideo subreptit obliuio conditionis ut terrenum animal & iam iamq; soluendum erigatur in superbiam;

In hoc tempore pessimo alii perierunt. alii uero qui super eē uidentur p momenta singula contremescunt. & quod illi semel passi sunt. isti semper timore patiuntur. Multa miseri sunt qui in obsidione & captiuitate generati. nec desiderant quam nesciunt libertatem. Quondam potentiae romanae urbis ardens poeta describens ait. quid satis est. si roma parū est. Nos modo dicamus quid saluum eē potest si roma perit. Non mihi si linguae centum sint. necq; centum. omnes captiuorum dicere poenas. omnia caesorum nomina percurrere possim. In haec deuenimus mala. ut nec gemitus quidem liber sit. non audent ab; nobis flere quod patimur.

Destabiles sunt qui mala alios suadent quae in se fecerunt. & in alieno peccato sua scelere consolantur. ut dum hoc quod ipsi admiserunt alteros facere uident. quodammodo malorum societate palpantur.

PENT

INCIPIT AD PAULINUM.

Ua est uera necessitudo & xpi glutino copulata. quam non utilitas ueri familiaris. non praesentia tantum corporum. & palpans adulatio. sed dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant; Melius est aliena si uerecunde discimus. quam si nostrae impudenter ingerimus.

SACR

SACR

Qui proficere studet. etiam si gradum perfectionis attingat. semper tamen inuenit quo crescat. & per dies singulos seipso melior fiat. Multum quidem lectione. sed plus uiua doctoris uoce proficimus. quia doctrina in aures discipuli de auctoris ore trahens fusa quodammodo forcius sonat; Scaerustitas sibi soli prodest. & quantum aedificat ex uita merito ecclesiam xpi. tantum nocet si destruentibus non resistat. Vir studiosus & sapiens. etiam si discere aliquid uult. magis docet dum prudenter interro-

MON

SACR

SACR

GEN

gat. Sunt aliqui nimia facultate uerborum immo audaciae. disserunt alius quod ipsi non intellegunt. Stultum est quem quam docere quod ignorat. immo ne hoc quidem scire quod nesciat. Quando in scripturis scis legis pugnas filiorum israhel contrae diuersas gentes. si historiae solam respicias. uerba simplicia sunt. si autem in litteris sensum latentem esse requiras. ecclesiae paucitas. & hereticorum contrae ecclesiam bella narrantur. Ideo scripturae diuinae simplici sermone conscriptae sunt.

SACR

SACR

MON

MON

MON

ut rusticam conditionem facilius instruerent. & in una eademq; sententia.

MON

aliter doctus. aliter audiret indoctus. Stultus & pecculans est qui

MON

se omnia scripturarum sacramenta nosse iactauerit. & eorum fructus

GEN

plenius capere quorum radices in caelo sunt. Illa studeamus discere

MON

in terris. quorum nobis noticia perseverat in caelis. Nemo renuntiaturus

MON

saeculo. bene potest vendere quae contempsit ut vendere. Avaro

MON

tam deest quod habet. quam quod non habet. Xpm sequi cupiens si ha-

bet in potestate rem tuam. vende. si non habes. proice. Totum enim do-

dit. qui se obtulit. Facile contempnit omnia. qui se semper cogitat

esse mortuum. **ITEM AD PAULINUM.**

GEN

Hominis sapientia non annorum aestimanda est numero nec aetate.

GEN

sed prudentia iudicanda. Frequenter in pudicos senes. aetas las-

MON

ciua condemnat. Subitus calor longum uicti temporem; qui a mul-

tiu uiuendo portant funere sua. & quasi sepulchra dealbata plenasunt

MON

os sibi mortuorum. Beatus est qui diuinas scripturas legens. uerba

ueritat in opere. & nudam crucem nudus sequens. puris manibus & candi-

MON

do pectore pauperem se & spu & opibus gloriatur. Nemo potest &

SACR

uirtutes simul & diuitias possidere. Quomodo possumus aliena fide-

SACR

liter distribuere. qui nostrae timide reseruamus. Plenus uenter.

MON

facile de ieiuniis disputat. Non hiero solim is fuisse. sed hiero solim is

MON

bene uixisse laudabile est. Singuli quique credentium non locorum

MON

diuersitate. sed fidei merita ponderentur. Crucis & resurrecta

77
omnis loca monhis prosunt qui illic solo corpore habitant. sed his qui por-
tant crucem suam & cum xpo resurgunt cotidie. Ac sic & de hierosoli-
mis & de britannia aequaliter patet aula regni caelestis. Epi imi-
tentur apostolos & monachi perfectos patres. ut quorum honorem
possident. habere nitantur & meritum. Qui uult ee perfectus multi-
tudines hominum & officia & salutationes & conuiuia. quasi quasdam
catenas fugiat uoluptatum. Monachi cibus sit uilis & uesperianus holo-
no & legumina interdumq; & paucos pisciculos pro summis ducat delici-
is. quicquid enim post gulam non sentatur. hoc ei sit quod panis & le-
gumina. Monachus frequenter orat. & flexa corpore mentem ad
xpm erigat; crebro uigilet. & uentre uacuo sepe dormiat; & inter
haec rumusculos & gloriolas & palpanter adulatores. quasi hostes
fugiat. Monachus humilitatem uestium tumentia animo non ap-
petat. saecularium consortia deuertat; Quid ei opus est uidere
crebrius. quod ee contempserit. Monachus habeat simplicitatem
columbae. nec cuiquam machinetur dolos. habeat & serpentis
astutiam. ne aliorum supplantetur insidus; quia non multum
distat inuitio uel decipere posse. uel decipi. Monachus qui sub-
stantiam suam xpo obtulerit. caueat ne eam imprudenter effundat.
Id est ne rem pauperum non pauperib; tribuat. & secundum dictu
prudencissimi uiri. liberalitas liberalitate pereat. Esse xpianu
gnoscende est. non uideri. Totum quod legitur in diuinis libris. nitet

MON

MON

MON

MON

MON

MON

GEN

GEN

MAR

quidem & fulgor & uiam in cortice. sed dulcius in medulla est. qui edere
uult nucleum. frangit nucem. Si ergo nulla est mortis amaritudo.
non claruis & magna martyrum fortitudo.

ITEM AD RUSTICUM

MON

MON

Nihil eo fortius qui uincit diabolum. nihil imbecillius qui carne
superatur. Adulescens. si te xpi seruitio mancipaueris. & coe
peris altius sequi & excelsa sectari. cogitate perfecte quidem ad latius gra
dum scandere. sed lubricum iter est per quod in gredieris. ne tantum sequi

MON

gloriam post uictoriam quantum ignominiam post ruina. Quicumq;
do seruire coeperit. omnes insidias diaboli diligenter obseruet. & qua
si cautus & sollicitus gubernator. in quo litore pineta sic nouerit. ubi
charibdis & uedix omnium malorum. auaritia. ubi scillei obrecta
torum canes. & cogitai quomodo frequenter in media tamen tranquillitate se
curi. Lybicus uitiorum syrta. obruamur. quantaq; uenenata anima
desertum huius seculi nutriat; Si negotiatores seculi multa pe
ricula sustinent ut ad incertitas perueniant periturosq; diuitias. &
seruant cum animae discrimine. quae multis periculis quesierunt.

MON

Quid xpi negotiatori faciendum est qui uendit omnib; querit paxeli
osisimum margaritum. qui totis substantiae suae opibus emit agrum
in quo repperit thesaurum. quem nec fur nec latro possit auferre.

SACR

Studeat eloquens uir ut ubertatem sermonis eius grauitas condiat.
& eloquentiae torcularia non uerborum pampini. sed sensuum quasi u

uarum expressione redundant. Quaedam sub nomine pietatis querunt.

SACR

suspecta consortia paulatimque pudore superiecta ficta matrum nomina erum-

punt in licentiam maritalem. Sunt qui sorores uirgines deserunt & ex-

MON

traneis uiduis copulantur; illae quoque oderunt suos & non suorum pal-

parantur affectu. Non est culpa nominis christiani si simulator religionis

MON

inuitio sit. quin immo confusio gentium. atque hereticorum. cum eum ui-

dent ecclesiam displicere quae omnibus bonis displicent. Quicumque monachus

MON

esse cupit. non uidentes habeat coram. non rei familiaris sed animae suae.

sordes uestium. candidae mentis indicium sit. Uilis tunica contemptum

seculi probat. Qui calorem corporis ieiuniorum frigore cupit extingue-

re. balnearum fomenta non querat. Ieiunia moderate esse debent. ne

MON

nimia debilitent stomachum. & maiorem refectionem postentia erum-

parit in crudelitatem quae parens libidinum est. Modicus ac temperatus

cibus. & carni & animae utilis est. Religiosus inter mulieres habitare

MON

non debet. ne uultus earum cordi eius inherat. & tacitum uiuat sub pecto-

re uulnus. Monachus qui christum desiderat. nihil aliud dignatur aspice-

MON

re. sed est ei cellula pro paradiso. uariarum scripturarum poma decer-

pit. his utitur deliciis. harum fruitur amplexibus. Si astra non sunt

MON

munda in conspectu domini. quanto magis homines. quorum uita temptatio

est. Uaenobis quotiens concupiscimus. totiens fornicamur; Uideri

MON

quid alii sentiant. unusquisque enim suosensu ducitur. Mihi oppidum

carcer est. & solitudo paradysus. Monachus non desideret urbium

MON

MON

frequentiam. qui de singularitate censetur. Caue ne ante magister

MON

sis quam discipulus. ante miles uelis esse quam tyro. Caue ne sine doctore ingrediarius uiam quam numquam ingressus es. & in partem alteram declinans. errorem patiaris plusque aut minus ambules quam necesse est. & currens lassus. aut motum faciens obdormias.

SACR

Illi aliorum debent esse doctores. qui specimen conuersationis suae multo tempore didicerunt. qui omnium fuerunt minimi ut primi omnium fierent. quos nec esuries nec saturitas aliquando superuenit.

MON

qui paupertate lassantur. quorum habitus. sermo. uultus. incessus. doctrina uirtutum est. Religiosus inter mulieres habitare non

MON

debet. ne die uideat quod nocte cogitat. Monachi sit uigil sensus. nec uanis cogitationibus pateat. Amet scientiam scripturarum. & carnis uicia non amabit.

MON

Qui assidue assistit lectioni. in presenti quidem laborat. sed postea gaudetur. cum exiit de amaris seminibus litterarum dulces fructus capere.

MON

Philosophi solent amore ueterem amore nouo quasi clauum clauo expellere. & uicium uitio curare. Nos uero amore uirtutum. uitia superemus.

MON

Nisi oderimus malum. bonum amare non possumus. quin potius faciendum est bonum. ut declinemus a malo. pax querenda ut bella fugiamus.

MON

Nulla ars absque magistro discitur; si enim animalia & fere. a uer & apes ducer habent & principes suos sequuntur. quanto magis

MON

homines sine rectore & doctore esse non possunt. Monachus

11

uiuat in monasterio sub unius disciplina patris consortioq: multoꝝ.
ut ab alio discat humilitatem. ab alio patientiam; unus eum silenti
um. Alter doceat mansuetudinem; non faciat quod uult. comedat
quod iubetur. habeat quantum acceperit. operis sui pensam psoluat.
subiciatur cui non uult. lassus ad strictum ueniat. ambulans que
dormiat. nec dum expleto somno surgere cogatur; passus iniuriã
taceat. p̄cepositum monasterii timeat ut dñm. diligat ut parentē.
credat sibi hoc esse salutare quicquid ille p̄cepit; nec de maioris senten
tia iudicet cuius officii est oboedire & implere quae iussa sunt, dicente
moysi. Audi israhel & tace. Quidam profitentur se renuntiare se
culo uestimentis dum taxat & uocis professione non rebus: quin nihil de
pristina conuersatione mutant: res familiares magis augent quam
minuant. eadem ministeria seruulorum. idem apparatus conuiuii.
& inter turbas & examina ministrorum nomen sibi uindicant solita
rii. Pleriq: monachi artibus & negotiationibus pristinis carere
non possunt. non uictum & uestitum quod apostolus p̄cepit. sed
maiora quam seculi homines aemolumenta sectantes. sub religionis
titulo exercent iniusta commercia. & plenis sacculis moriuntur
diuites. qui quasi pauperes uixerent. Qui proficere studet. non con
sideret quid mali alii faciant. sed quid boni ille facere debeat. Si in mo
nasterio uiuens clericus eē desideres ita te exhibe ut hoc uitae meritum
consequaris. id est ut adulescentiam tuam nulla sordē libidinis con

MŌN

MŌN

MŌN

MŌN

maculet. ut ad altare xpi quasi de halamo uirgo procedas. & habeas de foris
bonum testimonium. femineq; nomen tuum mouerint & uultum nesciant.

CLERIC

Si clericus ordinatus fueris age quae clerici sunt. & inter ipsos sectare
meliores. quia in omni conditione & gradu. optimis mixtae sunt pessima.

CLER

Cave ne ad scribendum cito prosilias. & leui ducaris in sania.

SACERD

Multo tempore disce quod doceas. nec credas laudatoribus tuis. immo in riso
ribus aurem non libenter accommodes. Numquam ulli de rehas. nec in

CLER

eo te sanctiorem putes sic ceteros laceres. Accusamus sepe quod facimus.
& contra nos malis ipsos diserti in nostrae uitae inuehimur. muti de eloquen
tibus iudicamus. Non dicas ego non de reho alios. Loquentes uitare non pos
sum. quia si de rector tristem faciem uiderit audientis. ilico conticescit.

CLER

pallit uultus. hgerent labia. saliuua siccatur. Veritas angulos non amat.
nec querit susurros. Non est facile aliquod crimen de perfecta aetate credendum.

GENE

CLER

quam & uita praeterita defendit. & honoret uocabulum dignitatis. Si me
uis corrigere delinquentem. Aprae increpa tantum ne occulte mordeas.

CLER

Quidem mihi prodest si me nesciente alius mala mea referes; hoc non est
me emendare sed uitae tuo satis facere. Utinam qd renuntiamus seculo

MON

uoluntas sit non necessitas. & paupertas habeat expeditam gloriam.
non in lata cruciatum. Iuxta miseriae huius temporis & ubiq; gladios

GEN

saeuentes. Satis diues est qui pane non indiget. nimium potens qui ser
uire non cogitur. Qui di praepcepta custodit. esuriens pascit alios. & ore

MON

pallente ieiunius. fame torquetur aliena. omnemq; substantiam.

xpi uisceribus erogauit. Si ad clericatum peruenieris. eorum sec-
tare uestigia quos sacerdotium & pauperes fecit & humiliores. Si habes
substantiam. uende & da pauperibus: si non habes. grandi onere Liberatus
es. nudum xpm. nudus sequere? durum. grande. difficile. sed magna
sunt premia. EXPLICIT AD RUSTICUM.

INCIPIT AD HELYODORUM DE MORTE POTIANI

Concedes materias ingenia parua non sufferunt. & impiso conatu ultra
Qui res causas succumbunt. quantoq; maius fuerit qd dicendum est.
tantomagis obruitur qui magnitudinem reru uerbis non potest expli-
care. **O** amara mors quae fructus diuidis. & amore sociatos crudelis
ac dux dissocias. Reliquit nos carus noster. & amoris sui iaculo uulne-
retos. intolerabili dolore confecit. Quem heredem putauimus. funus tene-
mus. ipse in nobis rerum ordo mutatus est. & in calamitate nostrae perdidit
sua iura naturae. Quod enim exhibere senibus iuuenis debuit. hoc iuueni
exhibuimus senes. Xpi morte. mors mortua est. Xpi morte nos uiuimus.
Mors enim dum deuoret deuorata est. dumq; ad sumpti corporis sollicitat
inlecebro. & auidis faucibus praedam putat. interiorum eius ad unco dente con-
forasunt. **G**ratias tibi xpe tua agimus creaturae quod tam potentem
aduersarium nostrum dum occidereris occidisti. qui a aeternae mortis terro-
re prostratus. uiuendi sensum ad hoc tantum acceperat ut periret. **F**lam-
mea illa romphea custos paradysi & praesidentia foribus cherubim. xpi re-
stincta & reserata sunt sanguine. Antexpm & iam abraham apud inferos.

CLERIC
MON

In hac epistola dicitur pulchre
consolatio super defuncto

CONTRA
MORTEM.
CONTRA
MORTEM.
CONTRA
MORTEM

CONTRA
MORTEM

CONTRA
MORTEM

CONTRA
MORTEM

CONTRA
MORTEM

GEN

GEN

CONTRA
MORTEM

CONTRA
MORTEM

GEN

MON

GEN

SACR

SACR

post xpm & iam latro in paradyso. Absq; noticia creatoris sui homo pecus.
Intantum xpi gratia p omnes gentes diffusa est. ut non solum uideamus
in minuto. sed pene iam sublato gentilitatis errore. ita ut passionem
dni & resurrectionem eius cunctae nationum uoces & litterae sonent. &
qui mortuorum quondam mortuis idolis homines immolabant. strido
rem suum in dulce crucis fungerent melos. & totius mundi una uox.
xpi laudatio est. Quidam pater consolantib; eum sup filii morte re
spondit. Sciebam me genuis se mortalem. non minus laudandus est
uir qui fortis est in luctu. quam qui in bello. Omnis homo in dolore posi
tus. memor sit illius sententiae nequid nimis. Uir sapiens quando fili
um bonae indolis amittit. non doleat quod talem amiserit. sed gaudeat
quod talem habuerit. Non uirtutes neq; uitia parentum liberis imputant.
quia ab eo tempore xpi censetur. ex quo in xpo renascimur. Quidam fide
lis uir in palatio militans sub candenti lino corpus suum cilicio terebat.
& stans ante saeculi potestates. Lurida ieiunio ore portabat. Ac sub alterius
indumentis alteri militabat. & ad hoc tantum habebat cingulum. ut
uiduis pupillis oppressis miserisq; subueniret. Qui ergo sub alienis sig
nis deuotus miles xpi fuit. dubium non est quod postquam suo regi mili
tare coeperit donatus sit Lauream. Sicut assiduitas familiaritatem.
ita familiaritas contemptum parit. Iuuenilis aetas sacerdotio incon
grua est. Pleriq; ad sacerdotium electi quanto plus p animae humilitate
repugnant. tanto magis in se omnium studia concitant. eoq; digniores fi

unt quo se fatentur indignos. Vir sapiens officium clericatus non
honorem putat esse sed onus. Magnanimus uir est. qui inuidiam
humilitate superet. Adulescens ita se exhibe. ut seniores inter
quos uiuis dum admirantur uitam tuam. despiciere non sinantur
a latere. Adulescens si uis esse perfectus inter fratres & coaequales
tuos. esto primus in opere. extremus in ordine. & ita in singulis
uir-tutibus emine. quasi ceteros non habeas. Vir sapiens grauita-
tem morum. hilaritate frontis temperet. Siquis relicto clerica-
tu duritiae se tradiderit monachorum. sit creber in orationibus. ui-
gilans in precando. lacrimas deo non hominibus offerat. ieiunia in au-
rigae modum pro laetitudine & uiribus corporis moderetur. Simo-
nachus ad conuiuium fuerit a secularibus rogatus. ita ad posita quoque
de gustet. ut superstitionem fugiat & continentiam non relinquat. Cum
aliqua nobis descripturis proferuntur. debemus libenter audire. ue-
ta suscipere. superflua non acriter confutare. & disputantem contra
nos magis docere quam uincere. Cum aliquid rogatus prestare uolu-
eris. non rigida responsione contradicas. sed magis pudore ueliceas
pudore suffundere postulantur. Doctus lector etiam minus compositam
dictionem. distinctione moderata & uarietate pronuntiationis
exornat. Sunt clerici qui addunt nummum nummo & mar sup-
pium suffocantes matronarum opes uenantur obsequiis. & inci-
piunt ditiores esse clerici quam erant saeculares. & possident opes

CLER

MON

MON

GEN

CLER

MON

CLER

GEN

CLER

CLER

sub xpō paupere. quas sublocupletate diabolo non habuerunt. & suspicet eos
 ecclesia diuites. quos tenet ante mundus mendicos. Ille uerus est mona-
 chus. qui aurum contempnit & scripturas sectatur. & dum paupertate in-
 cedit ornatio. animae suae inuestigat ornatum. Mens xpō dedita
 sicca uere minorum quomodo & maiorum peccata. sciens & iam puerbo otioso
 reddendam esse rationem. Cum dies ultimus uenerit uir fidelis non se-
 putat mori. sed in ignore. nec amicos relinquere sed mutare. Amicorū
 fidele solacium. in bonis iocundius est. in malis gretius. Omnis uita sa-
 pientis. meditatio mortis est. Etiam si non gentis quisque uixerit annis. &
 matutale ei tempore donarent. tamen nihil est praeterita longitudo cum
 esse desisset. & enim inter eum quidecem uixit annos. & illum qui mille. post
 quam idem finis aduenerit & in recusabilis mortis necessitas. transactum
 omne usum tantum ei est. nisi quod magis senex onustus peccatorum fasce pro-
 ficiscitur. Conuersatio sacerdotis quasi in specula constituta magister
 publice disciplinae. Cauet igitur committere quod aut qui reprehendere uolunt
 digne lacere se uideant. aut qui imitari cogantur derelinquere. Uir
 fidelis si amisit quem diligit. desiderendus ei est quasi absens non quasi
 mortuus. ut illum praemisisset. magis quam amisisset se credat. Qui hoc
 tempore mortuus non tam plan gendus est quod hac luce caruit. quam con-
 gretulandum ei quod delantis malis euaserit. Olim offensum sentiamus
 nec placamus dñm; nostris peccatis barbari fortes sunt. nostris uitiis ro-
 manus superetur exercitus. Sicut miseri erant israhelites quando

MON
 q̄ dicit uerz möchz

MON

CONTRA
 MORTEM
 GENER

GEN

GEN

no SACERDO q̄mo
 uiuat in stantio

CONTRA
 MORTEM

CONTRA
 MORTE

GEN

GEN

adeorum compactionem nabuchodonosor seruus dñi uocabat. ita & nos
 infelices modo quattuor displicemus dō. ut pertrabiam barbarorum illius
 in nos iradesaeuat. [Zechias egit paenitentiam & centum octoginta quin-
 q: milia assyriorum ab uno angelo delatae sunt. Iosaphat laudem dñi con-
 cinebat. & dñs p laudante superuebat. Moyses contra amalech non gladio
 sed oratione pugnauit; ita & nos si erigi uolumus p sternamur. & iam pute-
 mus causas morbi. ut morbus pariter aufertur. Xerxes rex potentissi-
 mus cum de sublimi loco infinitam hominū multitudinē & innumerebilem
 uidisset exercitum. fletse dicitur. qđ post centū annos nullus eorū quos tunc
 cernebat sup futurus eēt. Nemo est nrm quia & latit suae tempore p̄sler-
 labentia dili genter inspiciat; dum enim non sentimus sic senes efficimur.
 & cum cotidie commutemur. adler nos tamen eē nos credimus. si dicto si
 scribo si relego si emendo. deuita mea dētrahitur. quot puncta notarii.
 tot meorum damna sunt temporum; si nauigare uoluerō. p singulos fluc-
 tus & latit meae momenta minuuntur; quaecum ita sint. hoc solum de
 presenti uita lucrum facimus. qđ in xpi seruitute consumimus.

q̄mō nabuch^{or} exiit
 suus dō q̄ Ithael

q̄mō xpianō pugna
 sit plq̄ oratio q̄ gla

GEN

GEN

INCIPIT EPISTOLA HIERONIMI AD GRAMMACHIUM

DE MORTE PAULINAE

Sanato uulnere & in cicatricem superductae cuti. si medicina colorem
 reddere uoluerit. dum pulchritudinem corporis querit. plagam do-
 loris instauret; Ita & ego serus consolator qui in portune perbien-
 nium tacui. uereor uenire in portunus loquar. Et ad trecentis uulnus

CONTRA
 MORTEM

pectoris tui quod tempore & uocatione curatum est. commemoratione exulcerem. Quae enim aures tam durae. quae desilice excisa proecordia. & hyrcanarum tigrum lacte nutrita pos sunt sine lacrimis paulinae tuae audire nomen. Quis parturientem rosam & papillatum corymbum antequam in calatum fundatur orbis tota rubentium foliorum pandatur ambitio in mutaturae demissum aequis oculis marcescere uideat. fractum est preciosissimum margaritum. uirens smaragdi gemma contrita est. Quid boni habeat sanctas. Languor ostendit. Plus sensimus quod habuimus. postquam habere desiimus. In agro terrae bonae tres fructus legimus. Centesimum sexagesimum & tricesimum. In tribus mulieribus & sanguine & uirtute coniunctis. tria xpi praemia recognosco. Eustochium uirginitatis flores melit. paula laboriosam uirginitatis aream terit. paulina matrimonii castum cubile conseruat. Talis. tali filiarum mater fulta comitatu. totum sibi in terris uindicat quod xps promisit in caelo. Et ut quadrigam domus una mitteret & sanctitatis & feminarum uirtutibus responderent uiri. additur comes pammachius. uerum hic zechielis cherubim. cognatus. gener. maritus. immo frater amantissimus. quia sancta consortia spiritus uocabula non tenent nuptiarum. Huic armati praesident. De his equis. & abacuc canit. Ascendens super equos tuos. & equitatio tua salus. In pari cursu. pari animo ad palmam tenditur. Discolores equi. sed uoluntate concordet. Unum aurigae iugum.

trahunt. non ex peccantes flagelli uerbere. sed ad uocis hortamenta
 feruentes. Dicamus aliquid & de philosophis. Quattuor uirtutes de
 scribunt stoici. ita sibi inuicem nexas & mutuo coherentes. ut qui unam
 non habuerit omnibus careat. Prudentiam. iustitiam. fortitudinem.
 temperentiam. has omnes sic habetis singuli. ut tamen eminentas in sin
 gulis. Prudentia in te. in matre iustitia. in uirgine fortitudo. in nup
 ta. temperentia praedicatur. Quid enim eo sapientius qui contempta
 mundi stulticia. xpm secutus est di uirtutem & di sapientiam. Quid ma
 tre iustus quae inter liberos opibus distributis. docuit diuitias contem
 nendo. quid filii amare deberent. Quid eustochio fortius. quae nobi
 litatis portas. & arrogantiam generis consularis. uirginali proposito
 fregit. & in urbe prima primum genus sub iugaueret pudicitiae. Quid
 paulina temperentius. quae legens illud apti honorebiles nuptiae
 & cubile immaculatum. Nec sororis felicitatem nec matris continentiam
 ausa appellere. maluit in humilibus tuto pergere quam pendulo gradu in
 sublimioribus fluctuare. Quamquam illa in toto semel matrimonio nihil ali
 ud diebus. ac noctibus cogitauit. nisi ut reddito fructu nuptiarum. secundum
 castimoniam gradum arriperet. & tanti dux femina facti. uirum propo
 sito suo iungeret. non relinqueret salutis comitem sed expectans. Dumque cre
 bris abortis & ex per ta fecunditate conceptuum. non desperet liberos &
 soerus auiditatem maritiq; tristitiam praeponeat. inbecillitate sua passa
 est aliquid dente chelis exemplo. & pro filio doloris ad dextere. uirum

desiderii sui peperit heredem. Certisq; aucto-
ritatibus didici illam non prime
sententiaedi. Crescite & multiplicamini & replete terram. nec officio con-
iugali seruire uoluisse. sed ad hoc optas se filios: ut xp̄o uirgines pareret.
Legimus & uxorem sacerdotis finees audita captiuitate arcaedni. subito
uteri dolore correptam edidisse filium hichaboth. & inter manus & offi-
cia feminarum animam emisisse cum prole. De prima ueniam in hoc. est fi-
lius uirtutis ac dexteræ. de secunda inlicitus sacerdos di ex arcae cogno-
mine nascit. Nobis post dormitionem somnumq; paulinae pammachium
monachum ecclesia peperit postumum. & patris & coniugis nobilitate
patricium. elemosinis diutem. humilitate sublimem. Apostolus scribit
ad corinthios. Uidele fratru uocationem uram. quia non multi sapientes non
multi nobiles. Hoc nascentis ecclesiae rudimenta poscebant ut genuum
sinapis paulatim in arborem cresceret. ut sensim euangelii fermentum
totam ecclesiae massam altius eleuaret. Nostri temporibus roma possidet.
quod mundus ante nesciuit. Tunc rari sapientes nobiles xp̄iani. nunc
multi monachi sapientes. potentes. nobiles. quibus cunctis pammachius
sapientior. potentior. nobilior. Magnus in magnis. primus in primis.
ΧΡΧΙC ΤΡΑΤΗΓΥΟC. monachorum. Tales paulina mortis sua nobis li-
beros dedit. quos uiuens cupieret possidere. Laetare sterilis quae non
parit. erumpe & ex clama quae non parituris. qm̄ quot romae paupe-
res sunt. tot filios repente genuisti. Ardentes gemmae quibus antecollu
& facies ornabantur. egentium uentres saturont. Vestes sericae & lau-

14
rum in fila lentescent in mollia lanarū uestimenta mutatae sunt. quib: re-
pellat frigus. non quib: nudetur ambitio. Deliciarū quondā suppellectilem uir-
tus absūmit. ille caecus extendens manū. & sepe ubi nemo est clamitans. he-
res paulinae. coheres pammachi uest. illum truncum pedib: & toto corpore
se trahentem. tenens puellae sustentat manus. Flores quae prius salutan-
tium turbas uomebant. nunc amiseris obsident. Alius tumentis qualiculo
mortem paratur. Alius elinguis & mutus. & ne hoc quidem habens unde
rogat. magis rogat quia rogare non potest. Hic debilitatus a paruo. non
sibi mendicat scipem. Ille putre factus morbo regio. sup uiuit cadaueri suo.
Non mihi si linguae centum sint. oraeq: centum. omnia paenarū nomina
percurrere possim. hoc exercitū comitatus incedit. in his xpm confouet.
horum sordib: dealbat munere uis pauperum. egentium candidatus. sic
festinat ad caelum. Celeri mariti sup tumulos coniugum spargunt uio-
las. rosas. lilia. floresq: purpureos. & dolorem pectoris. his officis consolant.
Pammachus uoster sanctam fauillam ossaq: ueneranda elemosinae bal-
samis rigat. his pigmentis atq: odorib: fouet cineres quiescentes. sciens scrip-
tum. sicut aqua extinguit ignem. sic elemosina peccatū. Quantas uirtutes
habeat misericordia & quib: donanda sit praemiss. Beatus cyprianus gregendi
uolumine persequitur. & danhelis consilium probat qui regem impiissimum si
se audire uoluisse. scisse se pauperem sustentatione saluandū. Gaudet
huiusce modi filiae mater herede. non dolere oper ad alium puenisse. quascernit
isdem quib: ipsa uoluerat erogari. quin potius gratulatur absq: labore suo

MON

sua uota compleri. Non enim substantiae deminutio. sed operum commutatio
est. quis hoc crederet ut consulum pro nepos. & furiani germinis decus. in
ter purpureos senatorum fur uatunica pullatus incederet. ut non erubesceret
oculos sodalium ut deridentes se ipse derideret. Est confusio qua educit ad mor
tem. & est confusio qua educit ad uitam. Prima uirtus est monachi contem
nere hominum iudicia. & semper apti recordare dicentis. si adhuc hominibus pla
cere uellem xpi seruus non essem. Tale quid & dñs loquitur ad phelias. qm̄ posue
rit faciem eorum quasi orbem eneam & lapidem adamantinum & columnam ferream.
ne pauperent ad iniurias populi. sed in pudentiam subsannantiū frontis rigore
contererent. In gemma liberaliter educta. facilius uerecundia quam solus
superet. & quos tormenta non uincunt. interdum uincit pudor. Non est parū
uirum mobilem. uirum disertum. uirumq; locupletem. potentium in plateis
uitare comitatum. miscere se turbis. adherere pauperibus. rusticis copulari.
de principe uulgum fieri. sed quanto humilior. tanto sublimior est; Lucē & mar
garam in sordibus. & fulgor gemmae purissimae etiam in luto rediat. hoc: qd
dñs repromisit. glorificantes me glorificabo. Alii hoc intellegant de futuro.
quando meror uertetur in gaudium. & tunc se unte mundo scōrum corona non
trahent. Ego & in presentiarum uideo promissa compleri. Antequam xpo to
tamente seruire. notus eret in senatu. Sed & multi alii habebant in fu
las pconsulares. totus orbis huiusmodi honoribus plenus est. Primus
eret. sed inter primos precedebat. alios dignitate. sed & alios sequeba
tur. Quamuis clarus honor uilesit in turba. & apud bonos uiros

GEN

indigna ipsa fit dignitas. quam multi indigni possident. Unde egregie
 de caesare tullius. dum quosdam ait ornare uoluit. non illos honesta
 uit. sed ornamenta ipsorum turpauit. At nunc omnes christi ecclesiae. pammachium
 loquuntur. mixtur orbis pauperem. quem huc usque diuitem nesciebat. Quid
 consulatu inlustrius. uel annuus honor est. & postquam alius successerit. prior
 desinat. Latent in multitudine laureae. & triumphus interdum triumphantium sor
 dibus polluantur. quod antequam manus patricius tenebat. & sola nobilitas posside
 bat. quo marcus uictor numidiae tertio sum. atque umbrorum obnobilitate
 familiae putabatur indignus. quod scipio ultro annos puritate meruit.
 nunc sola militia possidet. & agrestia dudum corporis fulgens palmata cir
 cumdat. Plus ergo accepimus. quam dedimus. Parua dimisimus. & grandia
 possidemus. Centuplicato fenore christi promissa redduntur. In tali agro elisa
 ac quondam sitierat. qui paruos ad mortem ante euangelium euangelicam
 portauit crucem. Si uis inquit perfectus esse. uade uende omnia quae habes & da
 pauperibus. & ueni sequere me. si uis perfectus esse. Semp grandia in audientium
 ponuntur arbitrio. & ideo uirginitatem apostolus non impendit. qui aduersus disputans de
 eunuchis qui se castros sent propter regnum caelorum. ad extremum intulit. qui potest
 capere capiat. Non est enim uoluntas neque currentis. sed misericordiae est di. si uis
 perfectus esse. Non tibi inponitur necessitas. ut uoluntas proxiimum consequatur.
 Si ergo uis esse perfectus. & desideres esse quod prophetae esse. quod apti esse. quod christus
 est. uende non partem substantiae. uel inuolam pecuniae in fidelitatis occa
 sio sit. & cum annania & saphira per eas. sed uniuersa quae possides. Cumque

VIRG

uendideris. da pauperibus. non locupletibus. non superbis. Da quae necessitas susten-
telur. non quo augeantur opes. Cumque legeris illud apti. bouitruenta os
non obtinebis. & dignus est. opes exius mercede sua. & qui altari ministrant
de altario participant. Memento huius quoque sententiae. habentes uictum
atque uestitum his contenti sumus. Ubi uideris fumare patenas. & fasides aues
lenas uaporibus discoqui. ubi argenti pondus. feruentes manus. comatulos
pueros. preciosas uestes. picta tapelia. ubi ditior est largitore cui largien-
dum est; Pars sacrilega est. rem pauperum. dare non pauperibus; & tamen
non est satis profecto & consummato uiro opes contempere. pecuniam dissipare
& proicere. quod in momento & perdi & inueniri potest. Fecit hoc socrates the-
banus. fecit antisthenes. fecerunt plurimi quos uiciosissimos legimus; Plus de-
bet christi discipulus prestare. quam mundi philosophus. Gloriam animal &
populares aurae atque rumorum. uenale mancipium est. Tibi non sufficit opes
contempere. nisi christum sequaris; Christum autem sequitur. qui peccata dimittit. &
uirtutum comes est. Christum. scimus sapientiam. Hic thesaurus in agro
scripturarum nascitur. haec gemma multis emittitur margaritas. Sin autem
adamaueris captiuam mulierem. id est sapientiam secularem & eius pulchri-
tudine captus fueris. decalua eam. & in lecebras crinium atque ornamenta
uerborum cum mortuis unguibus seca. Laua eam propheta li pietro. & tunc
requiescens cum ea dicito. sinistrae eius sub capite meo. & dexterae illius
amplexabitur me. & multos tibi foetus captiuo dabit. ac demo abtude
efficietur israhel. Christum sanctificatio est. sine qua nemo uidebit faciendi.

mon

16
Xp̄i redemptio. Idem redemptor & p̄xielium. Xp̄i omnia. ut qui omnia
propt̄ xp̄m dimiserit. unū inueniat p̄ omnib; & possit libere p̄clamare
pars mea dñi. Sentio te diuinis ardere doctrinis. nec temeritate quo
rundam docere quod nescias. sed ante discere quod docurus es. Sim
plices epistola eluae olent p̄phelas. apostolos sapiunt. Non coturnatā
affectus eloquentiā. nec more puerorum argutas sententiolas in clausu
lis struis. Cito turgens spuma dilabit. & quam uis gignendis tumor con
trarius sanitati est. scitum est illud catonis. sat cito. si sat bene. Quod
nos quondam adulescentuli cum ap̄fecto oratore in p̄ce faciuncula di
ceretur. risimus. Memnis se te puto erroris mutui quando omne a
theneum scolasticorū uocib; consonabat. sat cito. si sat bene. Felices es
sent inquit fabius artes. si de illis soli artifices iudicarent. Po & iam non
potest nos se nisi qui uersum potest struere. Philosophos non intellegit.
nisi qui scit dogmatum ueritates manufacta & oculis. Patientiam magis
probant artifices. nrā quam dura sit necessitas. Hinc potes anim ad
uertere. quod uulgis tantum est iudicio. & ille in turba meluendus quē
cum solum uideris despicias. Haec p̄slemens & ligus eruditas con
tentus aurib; non magno perecures quid imperitorum dein gemotuo
rumusculi iactent. sed p̄phelarum cottidie medullas bibas. xp̄i mys
tes. patriarcharum sym̄ mystes. siue legas. siue scribas. siue iugiles.
siue dormies. Amos tibi semp̄ bucina in aurib; sonet. Hic litus excitat
animā tuā. hoc amore furibundus quere in lectulo quem desideret

GEN

animatua & loquere confidenter. Ego dormio & cor meum uigilat.
Cumq; inueneris eum & tenueris. ne dimittas. Et si paululum dor-
miant elapsum fuerit emanibus. noli protinus desperere. egrede-
re in plateas. ad iuxta filias hierusalem. repperies eum cubantem in me-
ridie. Las sum. ebrum. noctis rore madefactum. inter greges so-
daliu. in aromatum uarietatib: inter poma paradysi. ibi ei da ma-
millas tuas. sugat de erudito pectore. & requiescat inter medios ceros
pennae de argentate columbae. & interiora eius in fulgore auri. Par-
uulus iste & puer qui butyro & melle saginatur. qui inter caseatos nu-
tritus est montes. cito crescit in iuuenem. uelociter in te hostes spo-
liat. mature praedatur damascum. & regem uincet assyrium. Au-
diote senodochium in portu fecit seromano. & uirgam de arbore
Abraham mausonio plantat se litore. quasi aeneas noua castris mela-
ris. & sup undam tyberis ubi ille cogente quondam paenuria crustis
fatalibus & quadris patulis non pepercit. tu uiculum nostrum
id est domum panis aedificas. & diuturnam famem repentina satu-
ritate compensas. Euge poster. initia trans grederis. statim
summum tenens. de uoce puenis ad cacumen. Primus inter
monachos. in prima urbe primum sequeris patriarcham loth.
quod interpretatur declinans. Campestria eligit. & iuxta pi-
tagore litorem. facilia magis & sinistro ac peritunc sectatur.
tu in arduis & saxosis cum sara tibi monumentum parat ut iuxta

PEN

11

17
sic ciuitas lit tenerum. dele & isq: gigantibus filius enach. hereditate
tuam gaudium & risus excipiat. Diues erit abraham auro arger
to. pecore possessione. uestibus. tantamq: habebat familiam. ut ad
subitos nuntios iuuenib: electis armare possit exercitum. & quattuor
reges quos quinque reges fugauerunt in dan consecutus occidens.
& tamen postquam crebro hospitatis officio dum homines non re
